

Hanc dirimit Princeps certo Constantia tractu  
 Mille quater passus inter utramque cadunt.  
 Æquoris extremo Constantia margine surgit,  
 Classibus hæc operit littora, merce forum.

Joachimus Vadianus in epist. ad Rudolph. agric.  
 ista Suppeditat.

Summovet hinc longo cedentia littora fluctu  
 Unda patens geminæ, geminum cui nomen utrique  
 Fama ingens & priscus honos, namque inclita passum  
 Oppida Confurgunt, & cinctæ mœnibus urbes,  
 Quarum una est memori Constantia nomine, Cujus  
 Mœnia præteriens, deductâ Comminus undâ,  
 Rhenus iter gelidum curvat, celeratque sub Archon.

Casparus Bruschius in Elegi. ad Constantiam  
 Lib. Epit. de Episc. Germ. Sic pergit.

TU quoque Diva tuas Urbs nobilis accipe laudes,  
 Quæ Constantini nomina prisca geris;  
 Inter utrumque lacum ad Spumantem Condita Rhenum  
 Austriadum quæ nunc Diceris esse Soror.  
 Accipe pontificum, tum res, tum facta tuorum,  
 In gremio gestat, quos liber iste suo  
 Invenies verò hinc, quò tempore Cæperis ipsum  
 Agnovisse tuum, qui regit astra, DEum.  
 Invenies, quis condiderit tot templa, tot aras,  
 Quisque tibi tantes Conciliarit opes,  
 Quem tibi si Charum patiêre Urbs nobilis esse,  
 Mox ornabo libro tẽ graviore vale.

En